

J. Saubert (Præs.)
J. Giese (Resp.)
Difficiliorum S. Script.
Locorum Triga.
1671.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

1-419

4o

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°

1 1 01 0 4 017935

+REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

בשם שמים

DIFFICILIORVM S. SCRIPTVRÆ LOCORVM TRIGAM

SVB PRÆSIDIO

Viri plurimum Reverendi atq; Ampliſſimi

DN. JOHANNIS SAVBERTI

S. THEOL. ET EBR. LING. PROF. PVBL. CELEBERR. THEOLOGICÆ FACVLTATIS p. t. DECANI

Præceptoris, Patroni ac Hoſpitis ſui ætatem devenerandi

In magno Juleo

ad d. Decembr.

CIↃ IↃC LXXI.

publicæ diſquiſitioni ſubjiciet

JOACHIMVS Gieſe Huſo-Sleſvv.

HELMESTADII,

Ex officinâ JACOBI MVLLERI.

MH.

1945 3606

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

בה״נוא

LOCVS I.

GENES. XXXVI. v. 24.

הוּא עֲנָה אֲשֶׁר מָצָא אֶת־הַיֵּמִם בַּמִּדְבָּר
בִּרְעֹתוֹ אֶת־הַחֲמֹרִים לְצִבְעוֹן אָבִיו׃

§. I.

LOcum ſi quis hunc cum doctiſſ. interpretum expoſitionibus vicinarumque linguarum verſionibus collatum accuratius paulò perpendat, difficultate illum & obſcuritate non exiguâ premi, ultrò fatebitur. Nodus præcipuus in eo latet, quod ambigatur, quomodo vox הימים ſit exponenda, quæ, cùm vel ſemel tantum in hâc formâ, fatente Maſorâ ad h.l. in Bibl. occurrere videatur, tam de ſuâ ſignificatione, quam de eo, quid Ana invenerit, æquè nos relinquit incertos; & dum alii, prout fert conjectura, aliter exponunt, ſententiarum patitur divortium, adeò quidem, ut nonnulli locum hunc corruptum eſſe judicârint. Nos hac quidem vice ſententias quasdam aliorum perluſtrare, & ita pro ingenii tenuitate ad lancem revocare conſtituimus, ut textus integritatem pro virili ſimus defenſuri.

§. II. Et primò quidem ſunt, qui per dictionem ימים

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

aquam intelligunt: Ita Syrus: ܗܘ ܥܢܐ ܕܐܫܟܚ ܠܗ ܡܝܐ ܒܡܕܒܪܐ ܟܕ ܪܥܐ ܗܘܐ ܠܚܡܪܐ ܕܨܒܥܘܢ ܐܒܘܗܝ hoc eſt:
Ille eſt Ana, qui invenit ſibi aquam in deſerto, cum paſceret aſinos Zifonis patris ſui. Vulgat. Lat. vertit: *aquas calidas*; quem ſequitur verſio Saxonica vetuſtiſſ. Deſe is Ana / de gevonden heft de warmen Watere in der Wöſtenye / do he weydede de Eſels ſines Vaders Sebeon. Mens horum procul dubio fuit hæc, nẽpe Anam vel aquã, uti ad pecora melius unoque in loco diutius paſcenda, maximè neceſſariam, ita in ſolitudine admodum raram, vel aquas calidas, i. e. thermas primum inveniſſe; quæ ſententia etiam eſt S. Hieronymi.

§. III. Sed hæc locum ap. eos non invenit, qui יֵמִם (quam vocem omnes codices conſtanter retinent) nunquam vel in S. Bibl. vel in linguis vicinis, vel ap. Rabbinos pro aqua ſumi nôrunt. Expoſitionis tamen hujus autores quodammodo excuſandos arbitramur, quoniam fortè vel vocabula ימים & מים habuêre pro ſynonymis (quod vult Schindlerus in Lexico) vel oſcitanter aſpexêre textum, (niſi quid etiam de corrupto, quo uſi fuerint, exemplari ſuſpicari liceat) pro הימם (Hajjemim) perperam legendo מים, uti Syrus interpretatur, vel juxta Vulg. Lat. חימם (chemim) quaſi ex duabus vocibus np. חם calidus & מים aqua vocabulum הימים eſſet conflatum & calidas aquas ſignificaret, quæ conjectura eſt Cel. S. Bochart. l. 2. Canaan. c. 16. p. 847. D. E. Aut deniquè, ſi divinationi amplius locus eſt, Syrus codice punctis deſtituto fo[r]taſſis uſus, unico puncto variato pro הַיֵּמִים legit הַיַּמִּים quæ dictio non pelagus ſolum, ſed quamlibet etiam congregationem denotat aquarum, teſte inter alios M. Marino Arc. Noæ Tom. 1. fol. 291. col. 4.

§. IV. Altera eſt eorum ſententia, qui הימם de *Mulis* docent exponendum: ita Rabbini plerique, eosque ſecuti interpretes & commentatores in h. l. fermé omnes.

Audiamus

Audiamus eos ordine; & primō quidem R. Raſchi: היומים פרדים
הרביע חמור על סוס נקבה וילדה פרד והוא
היה ממזר והביא פסולין לעולם ולמה נקרא
שמם ימים שאימתן מוטלת על הבריות *Vox Ie-
mim mulos ſignificat. Sivit Ana coire aſinum cum equa, & pepe-
rit mulum. Ana erat ſpurius & introduxit illegitima in mun-
dum. Quare a. vocatur nomen eorum Iemim? propterea, quod
terror ipſorum projectus eſſet ſuper creaturas*, fol. 64, col. 2. ab init.
Sequitur R. Levi ben Gerſom: היומים הם פרדים וקראם
כן לפי שאימתם מוטלת על הבריות *Iemim muli ſunt, vocati
ita, quod creaturis eſſent formidabiles*. fol. 42. col. 3. ab init. Sic
quoque R. David Kimchi p. 2. Michlol ad rad. ים fol. 51. col. 4.
וענין אחר מזה השורש אשר מצא את
היומים במדבר והם הפרדים כי הם מהרכבת
שני מינים הסוס והחמור ובאמרו אשר מצא פירושו
בדעתו מצא כי היה רועה החמורים וחשב בדעתו
שירכיב הסוס על החמורה והוא הוציא זה המין בעולם
ואמרו רבותי׳ ז״ל ענה פסול היה והביא פסולין בעולם
כי בן צבעון אחיו היה שבא על אמו והוליד ממנה ענה
Fluit à radice hac alia adhuc ſignificatio: Qui invenit Hajjemim
in deſerto: *atque illud vocabulum ſignificat mulos ex duarum ſpe-
cierum commixtione ortos, equi nempe & aſinæ. Inveniendi a. ver-
bum de peritia Anæ accipiendum eſt, qui cum paſtor eſſet aſinorum,
excogitavit commiſtionem equi & aſinæ, unde produxit ſpeciem
mulorum in mundum. Magiſtri noſtri f. m. perhibent, Anam
fuiſſe hominem profanum, atque ita in mundum introduxiſſe pro-
fana; fuiſſe enim filium fratris ſui Zifonis, qui concubuerit cum pro-
pria matre, atque ex eâ ſuſceperit Anam*. Ita etiam, qui hunc lo-
cum de verbo ad verbum exſcripſit, ſuiſque commentariis in-
ſeruit, R. Schlomo ben Mælæch, in Michlal Jophi fol. 13. col. 2.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

Porrò Nachmanides fol. 64. col. 2. non procul à fine: אשר מצא את הימים כדעת מקצת רבותינו בתלמוד הם הפרדים וכו׳ ואמר במדבר ברעותו הח החמורים כי היו לו שם במדבר חמורים רבים תובעים אתונות והרביעם עם הסוסיות והולידו ונראה שנחשב לו בדורו לחכמ׳ כי הכיר במיניהם שהם קרובים בטבע ויולידו והנה נודע במעשה ההוא ועל כן יתארהו בו Qui invenit Hajiemim) *Juxta ſententiam quorundam Magiſtrorum noſtrorum in Thalmud per illud vocabulum intelliguntur muli. &c. Ait autem*: in deſerto cum paſceret aſinos. *Habuit quippe in deſerto multos aſinos deſiderantes aſinas quos coire fecit cum equabus, ex quibus illi generarunt. Videtur a. hoc ipſi ſuâ ætate reputatum fuiſſe ad ſapientiam, quâ obſervaverit in iſtis ſpeciebus adeo confinem naturam, ut generare poſſent. Quare ex hoc invento ita celebris factꝰ eſt, ut etiam ab eo hîc circumſcribatur.* Bechaj comment. ad peraſch. וישלח fol. 46. col. 1. ab init. ועל כן הכתו׳ צווח הוא ענה אשר מצא את הימים במדבר הוא הפסול שהביא הפסולים לעולם כי הוא מצא במחשבתו מין הפרדים שהוא היוצא מן הנרכבים מין בשאינו מינו כגון המרכיב סוס על אתון או חמור על סוסיא ויצא מביניהם פרד ונחשב לו לחכמה באותו הדור *Verbis iſtis*: Hic eſt Ana qui &c. *Anam ſcriptura profanum pronunciat, quique introduxerit in mundum profana. Excogitavit enim ſpeciem mulorum, quæ provenit ex diverſis ſpeciebus conjunctis; dum coire fecit equum cum aſinâ, aut aſinum cum equâ unde genitus fuit mulus. Propterea is eo tempore pro experientiſſimo homine fuit habitus.* Add. Abarbenel comm. in *Leg.* fol. 100. col. 3. ab init. Hæc pauca ex Rabbinis adduxiſſe ſufficiat.

§. V. Horum veſtigia premunt Arabs, dum vertit:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

tit: *Ipſe eſt Ana, qui invenit mulos &c.* & cum Pagnino Arias Montanus. Germanica Iudæorum verſio Pentateuchi anno 1545. impreſſa: Er hat gefunden die Meuler in der Wüſteney. & noſtra: Das iſt der Ana / der in der Wüſten Maulpferde erfand ꝛc. nec non Bibl. Dordrechtana: *hy is die Ana, die de Muylen in de Wœſtyne gevonden heeft &c.* ubi gloſſa: *die eerſt bedacht heeft eene merrie by eenen ezel to vœgen,* waer *uyt een derde ſoorte van gedierte, half ezel, half peert is voort gebracht,* welck *gebruyck noch duert; al hoewel Godt verboden heeft Lev. 19. v. 19. verſcheydene geſlachten van beeſten te vermengen.* Porrò Franzius: *Petulantia hominum non contenta eſt ſimplici naturæ curſu, ſed excogitavit mixturas quarum omnium autor primus eſt Ana Gen. 36. qui reperit mulos, cum paſceret aſinos ſui patris i.e. qui coëgit coire aſinum & equam, ut inde naſceretur mulus.* in hiſt. anim. ſacr. p. 1. c. 29. p. 316. Hiſce ſuffragantur Calvinus, Ziglerus, *P*ellicanus & alii eruditi Viri.

§. VI. Verum n. v. hæc præ priore majoris quidem probabilitatis eſſe videtur, quæ nimirum plurimorum *R*abbinorum autoritate, doctiſſimorum Virorum confirmatâ ſuffragiis, eſt innixa; laborare tamen eandem difficultatibus non planè nullis deprehendimus. Primò enim verbum מצא in eâ ſignificatione ab iis uſurpatur, ut ſit idem, quod *excogitavit* rem antea nondum inventam Vid. ſup. Kimchius & Nachmanid. Aſen Edsra comm. in Leg. fol. 39. col. 2. ויאמ׳ הגאון שהם פרדים׳ ופי׳ מצא הרכיב ויתכן שהוא מצא בתחלה זאת החכמה כי מין אחר עם מין אחר לא יולידו *Haggaon dicit vocem hanc notare mulos. Et verbum* Matza *indicat, quod per coitum eos commiſerit. Et convenit, quod is primus fuerit inventor, id quod ſapientiæ res erat: quippè aliàs ſpecies una alteri mixta non generat.* At v. verbum hoc in ea ſignificatione occurrere, prius erat probandum. Nos cum Schindlero negamus מצא eſſe invenire & excogitare id, quod nondum eſt ſed potius reperire id, quod jam eſt ſ. exiſtit, vel in rem jam exiſtentem incidere, caſu nanciſci ſ. opportunè deprehendere &c. adeo;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

adeoque ſi hic ימים mulos ſignificaret, eorum inventio ſive excogitatio minime, ſed hoc innueretur, quod illos jam tũ exiſtẽtes & in deſerto oberrantes primus conſpexerit, aliiſq; indicaverit *Ana*: quemadmodum in Thalmud habetur.

§. VII. Quo in anteceſſum obſervato, inquiramus (II) in originem iſtius expoſitionis, quæ poſtea qs. datatim ita ſerpſit. Ea vero deducitur ex traditione priſcorum Iudæorum; à quibus plerorumque obſcuriorum vocabulorum ſignificata tutò petere nobis licere, largimur quidem viris doctis, ſic tamen ut probemus ſimul *Pauli Fagii* ſententiam: *nonnullorum ignorantiã ap. illos fuiſſe ſecutam ex crebris, quas ſuſtinuerint, captivitatibus*. ad paraphr. Onk. c. *XXV*. Exodi. Illi igitur cum quid הימים eſſet, ambigerent, veluti ex Græca linguâ multis vocabulis in vulgarem uſum translatis mirificè interpolârunt vernaculam ſuam Chaldaicam, ita præſentis vocis ſenſum ex eâdẽ extorſerunt, uti legimus in Hieroſ. Berachos fol. *12*. col. *2*.

מהו יימים ר' יהודה בר סימון אמר המיונים *Quid ſunt Iemim? Rabbi Iehuda filius R. Simon ait*, ἡμίονοι, quâ voce Græci nimirum mulos nuncupant. Eadem habentur in *Breſchis Rabba* paraſch. 82. fol. 92. col. 2. Quaſi Moſe in hiſtoriâ ſuâ deſcribendâ Græco idiomate fuiſſet uſus, aut jam iſto tempore, ſanctiſſimi fontes rotundo Grajorum ore fuiſſent ſic delibati, ut eius inibi municipio donatæ remanſiſſent voces; quod verè παράδοξον eſt.

§. IIX. Hujus ergo interpretamenti fundamentum quam infirmum, nequid gravius dicamus, ſit, liquidiſſimè patet. Neque majoris dignitatis ſunt, quæ ei firmando præterea adjiciunt. Quod ſcil. (III) Ana ſcribatur aſinos patris ſui paviſſe, & inter paſcendum ימים inveniſſe, ex eo colligunt, ימים nihil eſſe aliud quam mulos, quippè qui ex aſini cum equâ coitu procreari ſoleant: Aben Edſra loc. ſup. citat. ויחזיק זה הפי' שאמר הכתוב ברעותו ארת החמורים ואילו היו הימים צמחים כאשר פירשו רבים מה הטעם להזכי' החמור *Confirmatur porrò expoſitio illa ex eo, quod*

quod ſcriptura dicit: Cum paſceret is aſinos, qui ſunt jemim, qui inde proveniebant, ſicut multi explicant; quæ enim aliàs ratio eſſet memorandi aſinos? quaſi verò hoc loco etiam equarum fiat mentio? conjecturæ levitas ſatis eſt manifeſta.

§. IX. (IV) Alii quidam ad vocis indagationem aliam radicem rectè vocant in auxilium, quam conſtituunt אֵימָה h. e. *terror* ſeu *formido*. V. ſupra Jarchius & Gerſom. At v. dum eius ſignificationem ad præconceptam ſuam de mulis opinionem applicant, & mulos omnibus creaturis volunt formidabiles, ridiculi ſunt. Quid enim periculi à mulis cæteris imminet creaturis, illis præſertim aliquib⁹ longè robuſtioribus? unde metus ille? unde terror? unde formido? Certè cum neque indomabilis ſævitia, neque ruditus formidabilis aliquis ſtridor, neq; formæ & inſolentis magnitudinis immanitas in hoc animali locum inveniant, quid ſibi ab eo timere cætera neceſſe habeant, non videmus. *Rectius* fortaſſe ab illa radice poſſet quis argumentari, ימים eſſe vel leones vel tygrides &c. mulis longè terribiliores, & quos reperiri primùm & offendi inter paſcendum potuiſſe, non adeò fuiſſet abſurdum.

§. X. *Prætendent* equidem Rabbini patrum aliquam traditionem de mularum calcitratione, ſi quem petant, lethali, talia ſcribentium: Breſchis *Rabba* ſect. 82. circa finem: מה עשה ענה הביא חמורה וזיוג לה סוס זכר יצאת ממנו פרדה אמר לו הקב״ה לא בראתי דבר של היזק ואתה בראת דבר של היזק חייב שאני בורא לך דבר של היזק מה עשה הביא חכינא וזיוג לה חרדון ויצאת מהם חברבר מעולם לא אמר אדם שנשכו כלב שוטה וחיה חברבר. וחיה ופרדה לבנה וחיה *Quid fecit Ana? Aſſumſit aſinam & coire fecit cum equo, unde genita fuit mula. Ait ei DEUS B. Nihil ego pernicioſi creavi, & tu id auſus es? faciam item id ego*

 opus

opus eſt. Quid igitur? Accepit ſerpentem, & copulavit cum bufone, unde prodiit chafarfar. Inauditum planè eſt, morſum aliquem vel à cane rabioſo, vel ab Chafarfar, vel à mulâ albâ, manſiſſe in vivis atque fuiſſe ſanatum. Porro Ialkut fol. 92. col. 3. ab init. מעולם לא אמר אדם שנשכו חברבר וחיה ומעולם לא אמר אדם שבעטתו פרדה לבנה וחיה *Inauditum eſt Chafarfar aliquem pupugiſſe, aut mulam albam calcibus petiiſſe, talemquè reconvaluiſſe.* Sed Reſp. (1) nos iſta cæteris fabulis Thalmudicis accenſemus. (2) Sequeretur inde, tantum mulas dici ימים, non mulos. (3) imò albas ſolùm mulas. (4) & tales tantùm fuiſſe heterogenea *Anæ* (5) Sequeretur pari planè modo ימים etiam canes & ſerpentes ſignificare poſſe.

§. XI. (V) Opinionem ſuam aliâ incruſtant fabulâ Rabbini. Etenim ex patris Zifonis nefando cum matre congreſſu hunc Anam genitum volunt, adeoquè non eſſe mirum, ſi ille פסול profanus, illegitimus & ſpurius in mundum פסולין profana & ſpuria animalia introduxerit. Nefandi hujus fa-
(α) cinoris veritatem exſculpere conantur primò *ex nomine* צד Ana, quem ita appellari dicunt, quod ex inceſtuoſo concubitu eſſet progenitus; ענה enim aliquando ſignificat, *depudicavit vel vim mulieri intulit.* Sic Iarchius fol. 64. col. 2. ab init. וכאן הוא קורא אותו בנו מלמד שבא צבעון על אמו והוליד את ענה *Inde ille nuncupavit filium hunc ſuum,*
(β) *quod Zifon matre propriâ abuſus genuerit Ana.* Deinde *ex collatione h. vſ. cum v. 20.* hunc quippe Anam & illum unum eundemque eſſe aſſerunt, & inde quærunt: *Si Sibhon & Ana filii Sehir fratres erant, quomodo infra Ana dicitur eſſe filius Sibhon?* & Reſp. ap. Menaſſe ben Iſrael in Conciliatore ad h. l. quæſt. 59. *In Guemara Peſachim c. 4. Bava Batra c. 8. & Rabba §. 82. ex his duobus locis infertur, Sibhon inceſtaſſe matrem ſuam, inde ortum Anam, ita ut Ana frater Sibhonis fuerit, quippè eâdem matre natus; at filius ejusdem, quatenus eum genuerat Sibhon, hoc quoquè placuit R. Iſaaco Arama & Iſaaco Abravaneli.*

§ XII

§. XII. Sed quis ſanus ex adductis hoc, quod illi volunt (β) concludit? Annon enim idem nomen duobus diverſiſſimis ſæpè inditum eſt? Nonne prior *Ana* potuit alterius Anæ eſſe patruus? quod rectè notavit Nachmanides, cujus verba ſunt hæc:

וספר הכתוב כי ענה זה בן צבעון הוא אותו ענה
שמצא הימים במדבר ברעותו החמורים של צבעון
אביו להבדיל בינו ובין ענה דודו אחי צבעון אביו
וזה ענה בן צבעון הוא חמיו של עשו :

Perhibet Scriptura S. quod hic Ana filius Zifon ſit is ipſe Ana, qui invenerit הימים *in deſerto &c. ut conſtituat differentiam inter hunc & inter Anam patruum ipſius, fratrem patris ſui Zifonis* (cuius v. 20, mentio fit) *Et hic Ana filius Zifonis fuit ſocer Eſavi* (uti h. c. v. 2. memoratur) fol. *64*, col. 2. Porrò vocabulum (α) ענה non niſi in conjugatione Piel in tam malâ ſignificatione occurrit: Jàm ſi nomen ענה inde oriretur, adeoquè prætextatum. h. l. obtineret ſignificatum, uti Rabb. ante citati volunt, utique character illius conjugationis in nomine debebat exprimi; *D*ageſch a. in nomine hoc proprio ענה nuſpiã eſt. Ut jã nihil dicamꝰ, quã frivolum ſit, ex nominis ſignificatione ad alicujus actiones & vitam concludere, cum ὀνοματοθεσίας innumeræ poſſint eſſe cauſæ.

§. XIII. Digna ſunt verba Merceri in Genes. cit. Glaſſio l. 4. Tract. 3. obſ. 9. Phil. ſacr. pag. mihi 952, quæ adſcribantur: *Veteres illi Patres*, inquit, *nominum indendorum liberis certas ſemper cauſas habuerunt, quæ aliquando exprimuntur in ſcripturis, ſæpè omittuntur, & in omisſis non eſt, quod nos immodicè torqueamus, aut certi aliquid pronunciemus temerè, cum multis conjecturis quidem locus eſt.* Vbi Glaſſius exemplo rem illuſtrat ex Cl. Schickardi prodromo Bechinath Happeruſchim, dum l. c. ita pergit: *Hoc quia à Thalmudicis ſcriptoribus non obſervatum, ſed in etymologiis propriorum nominum fingendis nimis interdũ deſudatum fuit, ex eo fabularum Iudaicarum numero non parva acceſſio facta eſt, e. g. Korachum ſeditionis autorem Num. c. 16, v. 1. capite calvum fuiſſe & parentibus ſuis dentes hebetaſſe fin-*

gunt in Sanhed.cap.ult.idq́ non aliunde probant, quam quod dicto loco Kohathi *nepos eſſe dicitur.* Kohath *autẽ à* קהה *deducunt, quod debilitari, aut ſi de dentibus ſermo eſt, obſtupeſcere ſignificat, ipſum verò* Korach *à* קרח *deducunt h.e. glabrare, pilos evellere &c.* ſed nugarum ſatis.

§. XIV. Nolumus a. diutius his immorari; prolixiores tamen fuimus, ut, quam lubrico hæc omnia pede inſiſtant, & quàm levibus conjecturis mulorum origo & inventio ex h. l. probetur, manifeſtũ eſſet. Certè aſſertores eius ſcripturæ teſtimonio deſtituuntur; quin etiam rationibus, quantum hactenus videtur. Nam, quod Ana incoluit, montanum Seir, nunquam à præſtantiâ & mulorum, qui ibi naſcantur, copiâ laudatur, quod tamẽ de Togarma legitur *Ezech.c.27,v.14*, Togarmæ a. poſteros *C*appadoces fuiſſe & Galatas docet uberius Cel. *S.* Bochart. *l. 3.* Phaleg. *c. 11.* Imò ſi *S*eir hanc animalium ſpeciem produxiſſet, mulos in tantâ regionum propinquitate Palæſtinæ incolis citiùs innotuiſſe, admodum fit veriſimile. Verum enim vero ante Davidis quidem tempora nobilisſimi aſinis vecti leguntur. Iud. 10, v. 4, c. *1 1.v.14*, & alibi; de mulis autem altum eſt ſilentiũ, donec tandem & hi ſed ab exteris locis regnante Davide & *S*alomone inter alia rariora & præſtantiora ſunt adducti, quod haud opus fuiſſet, ſi Judææ propior Seir, quæ jam tum tota Davidis imperio erat ſubjecta. 2. Sam. *8*, 14. 1. Reg. 11. v. 15. *16*, hos ſubminiſtrare potuiſſet. Sed hæc jam non urgemus admodum: uti nec illud probamus, quod hanc animalium ſpeciem in primâ rerum creatione fuiſſe prætermiſſam non ſit veriſimile, judice Schindlero, nequè *R*abbinorum diſcrepantiam, dum nonnulli aſinum cum equâ, alii contra equum cum aſinâ commiſſum ſcribunt. Videantur ſupra Iarchi & Kimchi. Quam cum notâſſent alii, excuſandæ ei ſcripſerunt, uti eſt in Breſchis *R*abba l. ſup. cit. א״ר יונה כל שאזניו קטנות אמו סוסה ואביו חמור גדולו׳ אמו חמורה ואביו סוס *Ait R. Iona qui auribus ſunt brevioribus, geniti ſunt ex equâ & aſino, qui longioribus, ex aſinâ & equo.* Addatur

Ial

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

Ialkut fol. 42, col. 2. Sed de his penes alios eſto judicium; nos in telâ pertexendâ pergimus.

§. XV. Ad eos autē nos convertimus, qui vocem ימים retinuiſſe videntur, variè licet expreſſerint. Sic Textus Ebræus Samaritanis literis exaratus habet: *Qui invenit* את האימים h. e. *Emim ſ. Emæos*; verſio a. Samaritana: אימאי Verſio LXX græca vocem Ἰαμεὶν adhibet, quam etiam in Bibl. Polyglott. retinuit Waltonus, quanquam in alia vetuſtiore editione ἐαμὶν legitur. Chaldæum verò Paraphraſten Onkeloſium ab his non abludere, dum vertit: הוא ענה דאשכח ית־גבריא במדברא כד הוה רעי ית־חמריא לצבעון אבוהי *Iſte eſt Ana, qui invenit gigantes in ſolitudine, cum paſceret aſinos Zifonis patris ſui*; ſtatim indicabitur.

§. XVI. Mentem horum, ut eò faciliùs aſſequi poſſimus, notandum eſt, vocem אימים, quam h. l. Samaritanus ad exprimendum ימים uſurpat, bis adhuc in Bibl. Hebr. ſcil. Gen. 14, v. 5. & Deut. 2, v. 10, & 12, occurrere. Vbi utriusquè loci & contextus collatio ſatis indicat, quod אמים *Emim* fuerint populus bellicoſus, gigantæus, qui regionem (deinde à Moabitis occupatam) Idumææ à Septentrione conterminam inhabitaverint. Cum itaquè & h. l. eâdem planè voce, quâ locis citatis, utatur, nullum dubium eſt, quin eoſdem voce illâ ſignificatos nempè *E*mim intelligere & h. l. voluerit Samaritan⁹. Ab hâc a. ſententiâ nequè ipſum Onkeloſium abeſſe, Paraphraſis ipſius teſtatur, ubi ימים per גבריא exprimit, quod de mulis à robore ſic dictis explicat Fagius ad h. l. Nos a. oſtendemus, ſignificare id gigantes. Nam (1) Idem Onkelos Deut. II. v. 11, 12, ענקים vertit גבריא & eâdem voce, item per גבורין reddit רפאים Ebræum gigantum cognomē. Vid. Gen. XIV, 5. XV, 20. Deut. II, 12. &c. (2) Ipſum hoc quoquè רפאים ab aliis Thargumiſtis modo per גובריו ut Proverb. IX, 18. modo per גברין ut Ieſ. XXVI, 14. transfertur (3) Idem vocis [illegible] ap. Syros uſus eſt, v. g. *Pſalm.* XIX, 6.

ܐܝܟ ܓܢܒܪܐ *Sicut Gigas*, Pſalm LXXXVIII, 11.

ܘܓܢܒܪ̈ܐ ܢܩܘܡܘܢ *Et gigantes ſurgent.*

Hinc quoquè in N. T. verbum ἀνδρίζεσθε 1. Cor. XVI, 13. Syrus reddit ܐܬܓܢܒܪܘ (4) Ebræi veteres clariſſimis teſtantur verbis גבורים vel quod idem eſt גבריא nomen Gigantum fuiſſe. In Breſchis rabba paraſch, 26. fol. 30. col. 1. ab inic : ז' שמות נקראו להם. אמים. רפאים גבורים. זמזומי' ענקי' עווים נפילים. אימים שכל מי שראה אותן היתה אימתן נופלת עליו· רפאי' שכל מי שראה אותן היה לבו רפה כשעוה: גבורים ר' אבא בר כהנא בשם רבי יוחנן אמר מוח קוליתו של אחד מהם היתה נמדדת יח אמה: זמזומים. א"ר יוסי בר חנינה מנטרומין מגיסטי מלחמה ענקים רבנן ור' אחא רבנן אמרו שהיו מרבים ענקי' על גבי ענקים פי' תכשיטין רבי אחא אמר שהיו עונקי' גלגל חמה ואומרי' הורד לנו גשמי' עווי· שצרו את העולם ושהוצרו מן העולם ושגרמו לעולם שיצור היך מה דאת אמר עוה עוה עוה אשימנה א"ר אלעזר בר שמעון שהיו בקיאי' בעפרות כנחשים· בגלילא צוחין לחויא אויא: נפילי' שהפילו את העולם ושנפלו מן העולם ושמלאו ארת העול' נפלים בזנות שלהם *Septem Gigantes nominibus appellantur* (1) Emim (2) Rephaim (3) Gibborim. (4) Dsamdsumim (5) Anakim (6) Avvim (7) Nephilim. *Dicuntur* (1) Emim, *quod cuivis conſpicato ipſos, terrorem incuterent.* (2) Rephaim, *quod quicunquè videbat eos, ipſius cor liqueſcebat inſtar ceræ* (3) Gibborim. *R. Abba bar Cahana nomine R. Iochanan ait: Vniuscuiusque ipſorum medulla oſſis femoris erat octodecim*

cubi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

cubitorum (4) Dsamdsumim. *Ait R. Ioſe bar Chanina, quod bel-lo fuerint potentiſſimi, illudque docuerint.* (5) Anakim *ex ſenten-tiâ Magiſtrorum ita dicuntur, quod plurimis ſuperbirent monili-bus, h. e. quod mundo uterentur muliebri. Ex mente R. Achæ ſic vocantur, quod ſphæram ſolarem qs. torque cingerent clamando: fac ut deſcendant nobis pluviæ.* (6) Avvim *quod vaſtarent mundum, & ipſi vaſtarentur ex mundo, tum etiam quod ipſi deſolationi mun-di præberent occaſionem, q. d. Ezech. XXI, 27.* R. *Æliedſar bar Simeon ait: quod in pulvere exercitati eſſent ſicut ſerpentes. In Galilæâ enim ſerpentem vocant* איויא (Eſt id procul dubio Thar-gumiſtæ *1.* Sam. XIII, v. *18.* אַפְעָיָא quod Thalmudiſtæ in Be-choros fol. VIII, col. *1.* ſcribunt אפעה) *(7)* Nephilim, *quod ruinam induxiſſent in mundum & ipſi mundo excidiſſent, mundumque* נפלים *i. e. abortivis repleviſſent ſcortatione ſuâ.*

§. *XVII.* *(5)* Nequè aliter Onkeloſium intelligunt præ-ſtantiores Rabbini, è quibus prodeat R. Moſe Nachman. lo-co ſupr. cit. qui ita: ואנקלוס תרגם גבריא והנראה
מסברתו כי ענה זה באו עליו מן האומה הנקראת
אימים לפנים עם גדול ורב כענקים ורצו לגזול
ממנו החמורים של צבעון אביו והוא היה במדבר ואין
עוזר לו ותמצא ידו להם והציל מידם והוא מלשון
תמצא ידך לכל אויביך ולא המציתיך ביד שאול או
יאמר שמצא אותם ונצל והוא נודע בגבורה הזאת
ונכון הוא: *Onkelos interpretatur* fortes, *ex quâ eius ſententiâ apparet, quod populi, qui olim dicebantur Emim (gens magna & ampla ſicut Enakim) venerint ad Anam abrepturi ipſi aſinos Patris ſui Zibeon, cum ipſe in deſerto eſſet, deſtitutus omni auxilio. Invenit igitur manus ipſius eos, & evaſit è manibus eorum, verbo* מצא *invenit eo ſenſu ſumpto, quo exſtat Pſalm. 21. v. 9. 2. Sam. 3. v. 8. Aut vult dicere, quod invenerit eos ac diripuerit, ex quo*

ſe-

facinore inclaruit ; & hoc quidem certius eſt. Porro Bechaj ex ſententiâ Nachmanidis, quem citat, comm. ad paraſch. וישלח fol. 46. col. 1. ab init. ולפי דעת אונקלוס שתרגם גבריא יהיה הימים כמו אמים ויהיה פשט הכתוב כיבאו על ענה זה מן האומה הנקראת אמים לפנים עם גדול ורם כענקים׳ ורצו לגזול ממנו החמורים של צבעון אביו והוא היה במדבר אין עוזר לו והציל מידם׳ ועל כן יאמ׳ הוא ענה המפורסם בגבורה הזאת: *Ex ſententiâ Onkeloſii, qui per* גבריא *reddit, Hajjemim iidem forent cum Emim: atque ita literalis Scripturæ ſenſus eſſet, veniſſe ad Anam iſtum quoſdam ex populo magno illo & Enakæorum inſtar excelſo, dicto antidhac Emim, eâ intentione, ut abigerent aſinos patris ipſius Zifon. Ipſe v. in deſerto conſtitutus auxiliiq; inops, tamen eripuit eos ex manibus illorum. Hâc de causâ dicitur: Hic eſt Ana, qs. d. ille paſſim ob inſignem iſtam fortitudinem famigerabilis Vir.* Adde, R. Afen Edſram inf. §. 18. LXX. deniquè in ſua verſione, ſi nihil aliúd, ſubindicant minimum, non eſſe nomen appellativum. Poſſet a. cuidam inſuper venire in mentem, transpoſitas eſſe in ἐαμὶν literas α & ε. (literarum a. ap. Græcos transpoſitio non infrequens eſt) quæ ſi in ordinem redigantur, ipſiſſimum Emimunâ cum præfixo ה emphatico pulchrè exhibeant, np. ἀεμὶν: idem ſi in Ιαμεὶν fiat, vocis ſono â ſe invicẽ iſta non admodum abludere: Sed hoc non rigidè urgebimus. Sufficit hoc, quod ex iis, quæ diximus ante, luce meridianâ clarius pateat, illos, quos jam adduximus, interpretes per ימים populum illum gigantæum, alibi אמים vocatum, intelligere, & utrumq; ſumere vocabulum in eodem ſenſu eâdemquè ſignificatione; num bene? porrò videamus.

§. XIIX. Sententiæ igitur huic favere videtur (1) Radix אֵימָה i. e. Terror ſ. Formido, à quâ Iarchium audivimus ſupra vocem ימים derivantem; qui tamen ad idem planè etymon dictionem אימים refert; verba eius ſunt: אימים

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

אימים על שם שאימת' מוטלת על הבריות *Emim dicti fui-ere tanquam terribiles creaturis* .fol. 287. col. 2. in med. Add. Breſchis rabba §. 16. Buxtorfius item & M. Marini arca Noë in eâdem rad. Sic etiam Onkelos ad Gen. & Deut. l. c. אמים per אמתני i. e. *horrendos & terribiles*; Arabs v. ad Deut. l. c. *Formidabiles* appoſitè exponunt; Adeoque vocis ſignificatio ad homines applicata optimè certis modis quadrat cum Dei effato. Gen. 9. v. 2.

§. *XIX.* (2) Sententiam juvat anomalia ſ. irregularis nominum & vocabulorum ap. Ebr. non inuſitata ſcriptio, quæ ſicut in literarum tranſpoſitione, permutatione, redun-dātia; ita etiam vel in plurimarum literarum vel unius tum ini-tialis, tum mediæ aut finalis defectu conſiſtit. V. Glaſſium l. 1. Phil. Sacr. tract. 1. p. 4. Vltimam hanc figuram potiſſimum in nominibus propriis contingere obſervatum eſt; nos pauca de-libabimus. Regio, quæ 2. Paral. 22. v. 5. אֲרָם i.e. Syria dicitur, per aphæreſin Iob. 32. v. 2. רָם appellatur; nimirum de Elihu dicto loco perhibetur, quod fuerit ממשפחת רם quod non vertendum, è familiâ ſ. genere, ſed natione ſ. gente רם i.e. Syrus; ita autē משפחת Amos 3. v. 1. & Pſalm. 22. v. 28. ſumitur. Deinde ſi diligenter 1. Sam. 17. v. 1. cum 1. Pa-ral. 11. v. 13. conferatur, locum ibi אפס דמים hic פס דמים reperies appellatum, abjecto א per dictam grammatices figu-ram. Porrò ארום Edumæa ap. Eſ. 21. v. 11. amiſſo א voca-tur רומה. Deniquè Davidis parentis nomen, quod 1. Paral. c. 2. v. 13. אישי verſu præced. ישי ſcriptū invenitur. Eodē modo vox אימים uti legitur, Gen. *XIV*, 5. paſſa fuit ſyncopen li-teræ Jodh Deut. 11. v. 11, 12. ubi ſcribitur אמים, quanquam à poſteriori hâc formâ Afen Edſra ימים deducat, ex principio in vulgus tyronum noto, quod literæ אהוי alternent quandoquè, & inter ſe facilè permutentur. Ita autem ille הימים' אמר המתרגם גבורים כמו האמים לפנים כי ימצא האלף שית חלף ביוד כמו תתימרו Hajjemim *Targu-mista explicat* fortes (*ſive* Gigantes) *quomodo vox* האמים

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

Haemim *accipitur Deut. 2. v. 11. Invenitur enim aliquando* י *pro* א *poſitum, ut in verbo* תתימרו *Ieſ. LXI, 6.* fòl. 39. col. 2. Pluribus lectorem detinere non eſt opus, cùm ex hiſce abunde poſſit conſtare, voces אימים & ימים per aphæreſin, vel אמים & ימים per Antiſtæchon ab Onkeloſio aliisquè pro unâ eâdemquè fuiſſe habitas.

§. XX. Deniquè ad pleniorem h. l. intelligentiam facit maxime verbum מצא, quod inter alias ſignificationes etiam pro *incidere*, vel *irruere ſeu irruptionem facere in aliquem ex improviſo* uſurpatur. Sic Jud. 1. v. 5. וימצאו *& invenerunt Adoni Beſek in Beſek.* i. e. ex improviſo adorti ſunt. 1. Sam. 31. v. 3. וימצאהו המורים אנשים *Et invenerunt eum* (Saulem) *viri ſagittarii.* h. e. nil tale opinantem aggreſſi ſunt. Conf. 2. Paral. 22. v. 8. Hoc verbi ſignificatum quodammodo confirmat Nachmanides, cujus verba *§. 17.* adduximus.

§. XXI. His ita poſitis, ſenſus hujus loci inde emergit talis: *Hic eſt Ana* (filius Zibhon, Principis Horræorum) *qui Emæos* (hoſtes vicinos) *in ſolitudine invenit* (i. e. ex improviſo adortus eſt), qui optime congruere videtur cum perſonâ Anæ, cujus quidem Scriptura, ut ab altero illo dignoſcatur, meminit; ſed ita tamen meminit, ut illum principis filium à facinore aliquo generoſo principe digno laudet: ſcil. quod hic ſit ille Ana, qui terribiles illos vicinos & nomine & robore (ab אימה enim vocatos eſſe, *§.* 18. diximus, & cum Enakim comparari gigantesquè vocari, ex Deut. l. c. & Breſch. Rabba videre eſt) adortus ſit ſucceſſu non infauſto; quomodo nempe hoc ipſo Geneſ. 36. cap. v. 35. Hadat filius Bedad ab eo, quod Midianitas in campo Moabitico percuſſerit, deprædicatur. Deinde utriusquè regionis, quam & Horræi & Emæi inhabitaverunt, benè quadrat ſituatio. Tabulæ enim Chorographicæ ad oculum demonſtrant, Idumæam regionemquè Moabitarum eſſe vicinas, hâc reſpectu illius ſeptentrionem occupante. At verò ex Deut. 2. v. 2. manifeſtum ſatis, Horræos, antequam ab Eſavi poſteris ſedibus paternis pellebantur, Seir poſſediſſe. Regionem a. Moabitarum ante Emæorum fuiſſe ex Deut. c. c. v. 9. 10. 11. abundè liquet.

§. XXII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

§. XXII. Notanter autem additum putamus locum, ubi hæc geſta ſunt, nempe במדבר *in deſerto*, quod ſi quis vellit per *ruri* ſ. *in agro* exponere (Vid. *Cel.* Lightfoot in horis Ebraicis & Thalmudicis ad Matth. III, v. 1. p. 33) nos non admodum repugnamus. In ſpecie tamen aliquod deſertum innuere videtur Scriptura, (quod per ה emphaticum, hoc quidem loco excluſum, indicatur) nimirum, vel Idumææ vel Moabiticum Deut. 2. v. 8. ſive quod Ana Emæos hoſtes ſæpius in deſerto Idumææ irrumpentes, ſuosquè cives malè vexantes, repreſſerit; ſive quod idem ille ſolitudinis Moabiticæ incolas Emæos ex improviſo invaſerit, percuſſerit, ſpoliaverit. מדבר enim in Scripturis non ſemper tam ſtrictè ſumitur, ut ſolùm denotet locum, denſis ſylvarum frondibus horrendum, perquè devias valles & invios colles, per rubos, perquè mille dumeta homini penè inacceſſum; ſed aliquando integram regionem, ubi civitates & villæ ſunt, hoc vocabulo legimus appellatam. Sic Joſ. 15. v. 48, 49, 50, 51. non ſolùm undecim nominantur civitates in montano ſitæ; ſed deinde etiam verſſ. 61, 62. expreſſè vi Vrbium pagorumque in ſolitudine fit mentio. conf. 2. Sam. 2. v. 34. & 1. *Reg.* 2, v. 34. Conſentit R. David Kimchi in libr. radd. ad vocab. מדבר rad. דבר fol. 26, col. 3, ab init. וכן מקום מרעה בהמות יקרא מדבר רחוק מן העיר או סמוך לעיר כמו על פני דרך ארץ המדבר *Locus ubi pecora paſcuntur. vocatur quoquè* Midhbar, *ſive is ab urbe procul diſtet, ſive urbi proximè adjaceat. Vid. II. Sam. XV.* Porro Montanum quoquè Judææ vocatur â Thalmudicis הר המלך *Montanum regale*, & à Davide מדבר הרים *Montanum eremoſum* Pſalm. 75, v. 6. *Et tamen in montano regali erat myrias urbium*, inquit Hieroſ. Taanith. fol. 69. 1.

§. XXIII. Huic deniquè expoſitioni nihil verba textus noſtri ultima videntur derogare: *dum paſceret aſinos Patris ſui.* facilè enim apparet, hiſce facinoris heroici occaſionem notari. Nequè enim paſtorum nomen & officium, ut nunc, contemptui fuerunt olim; quin potius viri primarii & à potentiâ divitiiſquè laudati pecorum quoque geſſére curam:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

Civilem quidem hiſtoriam hac vice mittimus : ſacram ſolùm perluſtranti hac de re dubium poteſt eſſe nullum. Gen. 46, v. 34. & cap. ſeq. v. 3. Joſeph eiusquè fratres coram Pharaone & ſe & patres ſuos (i. e. avum, proavum, majores) fatentur paſtores; aſt horum potentiam ſi pernoſcere quis cupit, Abrahami divitias non ſolùm & opes, ſed numeroſam quoquè conſideret familiam, qui 138. vernis armatis quatuor *Reges* victores devicit feliciſſimè, Gen. 14, qui tam formidabilis vicinis; Regi præſertim Abimelecho, ut è ſtatus ſui ratione vel maxime judicaverit, cum illo percutere fœdus. Gen. 14, v. 13, c. 21. v. 22, Taceo, quod נשיא אלהים *Princeps Dei* h. e. Princeps magnus, excellens, potens vocetur. Nequè Iſaac potentiâ polluit minori; Etenim *Rex* eum *Philiſtæorum* Abimelech ſe longè potentiorem prædicat, Gen. 26, v. 16. verum etiam (uti vſ. 28. videre eſt) ſtatum ſuum non firmum ſatis ac ſalvum putat, niſi percuſſo prius cum eo fœdere de non lædendo. *Porro* filii Jacob [quid & hi niſi paſtores ?] Sichem Vrbem, ut videtur, ſic ſatis amplam. Gen. 34. deleviſſe leguntur. Et potentia Doëg uni è *Saulis* paſtoribus 1. Sam. 21. v. 7. tribuitur. Rex deniquè Moabitarum Meſa 2. Reg. 3. v. 4. נקר fuiſſe dicitur, h, e. paſtor ſ. pecuarius, quomodo ſe ipſum etiam vocat Amos c. 1. v. 1. Obſervari autem & hoc meretur, Palæſtinæ vicinarumquè regionum Principes & Reges patriarcharum, Moſis item & Joſuæ tempore mediocribus ſaltim fuiſſe viribus. Legantur modo Gen. 14. & Joſ. c. 12. & cum mappis Geographicis conferantur, & illorum potentiam anguſtis admodum limitibus fuiſſe incluſam, facile poterit animadverti. Quæ omnia ſatis probant, *Regum* & Principum neque autoritati, neque dignitati (ut erant mores illius ſeculi ſimplices) quicquam deceſſiſſe, ſi vel ipſi vel filii pecorum curam (quomodo hoc loco Ana) in ſe ſuſceperint. *Hinc* veterum divitias maximam partem in multitudine pecorum fuiſſe poſitas notiſſimum eſt.

§. XXIV. Dicis : Vltimâ hâc expoſitione admiſſâ cum S. codicis integritate actum videtur, cum litera א in

voce

voce אימים deperdita locum hunc arguat corruptionis, quin textus Ebræo-Samaritanus noſtro, ut perſpicuus obſcuriori, eſt præferendus. ℞ *A*page à nobis veſanæ iſta mentis deliria. Nec enim dispungendum hunc locum, ſed ſalvâ integritate fontis & remanente omninò voce ימים eum cum aliis conferendum judicavimus. Abſit, inquam, ut ſuſpectam illam dictionem habeamus vel levisſimæ corruptionis. Variat nimirum ſcriptio quorundam nominum, præſertim propriorum, ut in aliis, ſic in Ebræâ linguâ. Hoc in confeſſo eſt omnibus, & comprobant idem, quæ ſupra diſſeruimus. Vnde etiam, quod Ebræo clarior h. l. videatur *S*amaritanus, nihil Morinus lucratur. Quis enim negaverit, plurimas alias verſiones, & in his noſtram quoquè Germanicam aliquando phraſin expresſiſſe tantâ felicitate, ut locus in hebr. ſatis obſcurus, à quolibet facili posſit negotio intelligi; Sed nemo inde, niſi fungum pro cerebro habeat, contra S. *C*odicis Ebr. autoritatem argumentatur, ſuam verſionem pro autentico ſtatuit recipiendam, illique præferendam tanquam obſcuriori. Obſcuritatem autem S. Bibl. uti in fidei & morum fundamentis negamus, ita in aliis interdum lubentes concedimus.

§. XXV. Senſus itaq; hujus loci, ultimâ hâc ſententiâ admiſsâ, quin abſquè *B*ibl. Ebr. integritatis & autoritatis detrimento perſpicuus, & loco, perſonæ, tempori, ſcopo conveniens ſit, vix quidem dubitamus.

LOCVS II.

§. I.

Diu multumquè inter viros doctos de Origine & Antiquitate punctorum vocalium textus Ebraici agitata fuit quæſtio, & dum alii novitatem illorum, antiquitatem alii propugnârunt, acriter utrinque diſceptatum, & adhuc ſub judice lis eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

§. II. Nobis hâc quidem vice mare hoc ingredi, neq; libet, neque licet: Cui tamen utriusquè partis argumenta pernoſcere volupe eſt, antiquitatis defenſores videat Schindlerũ in præfat. Lex. Pentagl. Buxtorfium in Tiberiad. Flacium p. 2. clavis c. 6. Gerhardum T. 1. locor. Theol. de ſacra ſcriptura. c. 15. Waltherum in ſing. diſput. Hafenrefferum in templo Ezechielis p. 170. Polanum in ſyntagm. l. 1. c. 37. Joh. Lightfoot in cent. chorog. c. 81. Marcum Marinum in præfat. *Arcæ* Noë §. 3. &c. Quorum ſententiæ ſeſe oppoſuerunt, ſuamquè theſin non minori Zelo probatum iverunt Viri Celeberrimi antiquitatis impugnatores B. Lutherus ad finem libr. Schem hammeph. & alibi paſſim. Ioſ. *S*caliger ep. 243. ad Buxtorf. *G*rotius ad Matth. 5. v. 18. Schickardus c. 2, de jure Reg. Ebr. p. 41. G. I. Voſſius l. 1. de arte Grammat. c. 31. & l. 2. c. 8. Theod. Hackſpahnius paſſim, Mercerus in Geneſ. c. 16. v. 13. & c. 18. v. 3. ad Iob. c. 23. v. 6. *A*mos 2. v. 12. annot. in Targum Mal. 2. Calvinus ad Zachar. 11. v. 7. Ioh. Druſius ad loca diff. Pentat. Ludov. de Dieu Grammat. l. 1. c. 7. Piſcator Schol. ad Geneſ. 15. v. 8. & ad calcem quæſtionum in Pentat. P. Fagiꝰ ad Thargum *G*eneſ. 47. v. 24. Martinus in Technol. p. 58. Rainoldus in *C*enſ. apocryph. l. 32. Lud. Capellus pecul. libro de punctationis arcano revelato, nec non *C*aſaubonus, Reuchlinus, P. Mirandula, Lyra, Bellarminus, Salmero, Morinus Villalpandus, Serrarius.

§. III. Vtram verò quis ex his probet ac defendat ſententiam, liberum fortaſſis aliorum judicio ſit; non perinde tamen arbitrio cujuſquam ſacri illius textus puncta, uti hodie extant, mutare, aut hujusmodi jugulatoriis conjecturis tentare relinquimus. In quo veluti doctorum orthodoxorumquè noſtri ævi virorum exempla ſequimur; ita ex his nonnullos de Græco N. T. textu ſentire aliter, atquè nimirum ſtatuere, ſpiritus, accentus, diſtinctiones ſecundum certas hodiequè præcipuè paſſim receptas figuras priſcis Græcis in ſcribendo nequaquam fuiſſe in uſu, animadvertimus. Vnde cùm hos, qui poſt multa ſecula ſancto textui illa addiderint, ex divinâ

id

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

id feciſſe inſpiratione probari nequeat, ipſum ratione illorum apicum quidem duntaxat, urgente neceſſitate, alicubi citra injuriam vel ſcandalum ſubire virgulam cenſoriam.

§. IV. Antiquorum qnidem lapidum ſculpturæ, quò vetuſtiores ſunt, eò magis hiſce apicibus deſtituuntur. Antiquiſſima inſuper Mss. literis majusculis, quas vocant, uncialibus, abſquè diſtinctionibus, punctis, commatibus, parentheſibus, ſine ullo accentuum Græcorum veſtigio exarata reperiuntur. Sic Anglia omnium fortaſſis hodiè vetuſtiſſimum V. & N. T. Græcum codicem manu Theclæ nobilis fœminæ Ægyptiæ circa I. Nicæni Concilii tempora, (np. circa annum à N. C. 325.) literis grandioribus perſcriptum, donatum habet à Cyrillo Patriarchâ Conſtantinopolitano; teſte Patricio in præfat. epiſt. Clement. ad Corinth. ubi & hanc affirmat eâdem manu in membranis laceris adjectam fuiſſe. Porrò Græca 70. Interpr. verſio hoc modo conſignata, teſte Morino in Biblioth. Vaticana aſſervatur; uti quoquè liber Ms. antiquiſſ. N. T. in biblioth. publ. Cantabrigienſis Academiæ ex dono Theod. Bezæ. Quid? quod antiquiſſimus N. T. hoc modo Ms. codex à Clar. Chriſt. Ravio ex oriente allatus ſit, & Sereniſſ. Electoris Brandeburg. Bibliothecæ conſecrat9. Non exiguâ etiam Chryſoſtomi homiliarum ſuper Matthæum parte in membrana h. m. conſcriptâ, ceu venerandæ antiquitatis monumento nobiliſſimo Illuſtris Juliæ Bibliotheca ſuperbit. Callimachi porrò hymnum verſusque Sibyllinos ita fuiſſe exaratos, oculatus teſtis eſt Angel. Politianus Miſcell. c. 58. & 80. Nec Ariſtotelis ſolùm ætate ignotum a fuiſſe picū uſum probat Voſſius ex verbis eius, de ſophiſt. Elench. c. 3. Sed tempore quoque Hieronymi ſolitos abſque illorum ope ſcribere, obſervat Scaliger ad annum Euſeb. 1426. Approbant hoc collectores & editores Bibl. Complut; dum in iis N. T. Græcè ſine picibus ediderunt, ratione hâc additâ, quod antiquitùs accētibus deſtituta fuerit ſcriptio Græca. Quorum omnium ſententiā ſuo obſignat ſuffragio D. Heinſius in Ariſt. ſacro. p. 1. c. 13. p. 118. Scriptionis autem hujus vetuſtiorumquè characterum ſpe-

ſpecimen exhibet Excell. Dn. PRÆSES fautor ac patronus meus omni obſervantiæ cultu devenerandus in laborioſſ. *Variarum* lect. Evangelii *S.* Matthæi libro ad c. 20. v. 28. p. 173. & in tractatu de *Sacrificiis* c. 25. p. 665. Videantur quoquè Thomas Mareſchallus in Obſerv. ad verſion. Anglo-*Sax.* p. 497. Waltonus in Bibl. polyglott. apparatu proleg. 2. n. 13. Patricius in Not. ad pag. 1. ep. Clementis ad Corinthios, & alii.

§. V Huic aſſerto cum magnum robur afferat præterea Græcarum circa apiculos hujusmodi varietas lectionum, omnibus iſtis probè perpenſis putârunt viri, quos diximus, eruditi ex iſto principio nonnulla intricata N. T. loca facili & nullo fermè negotio poſſe ſolvi atquè enodari. Nobile ſpecimen ad vexatisſimum locum Marc. 11. v. 13. laudatus Heinſius dediſſe videtur ſibi, per ſpiritûs lenis in aſpitatum mutationem, ſcil. pro οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων, uti vulgò legimus, ponendo οὗ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων (ſcil. ἦν) *Vbi autem fuit, tempus erat ficuum.* Vid. eius Exercitat. ſacr. l. 2. c. 6. p. 116. & Nortonus Knatchbull. in addendis ad animadverſ. paradoxas. *S*anè cum vetuſtisſima Anglo-*S*axonica verſio legat: *S*othlice hit was thas fic-treowes tima. id eſt; *Vbi enim ille, tempus erat fici*; autor etiã illius in codice omnibus accentuum & diſtinctionum notis deſtituto οὗ rectè legiſſe, cenſeri poteſt (conf. omninò ad h. l. etiam B. *G.* Calixtus in Concord. Evang. l. 5. c. 33. p. 295. I. H. Urſinus in arboreto bibl. c. 34. § 13. I. Lightfoot in horis Ebr. & Thalmud. ad Matth. c. 21. v. 19. item Flacius, *S*chmidius, Waltherus, Emanuel *Sa* & alii)

*§. VI. S*ed nequè hanc hypotheſin totam ut in præſenti faciamus noſtram, noſtrum exigit inſtitutum, verùm aliam eruemus ex eâ, ſola parentheſium, commatum, aliarumquè orationis στιγμῶν & ὑποστιγμῶν ſigna ſpectantem, quæ neq; à divinis ſcriptoribus profecta nequè ubiquè ſatis certe & perſpicue collocata, præter ea, quæ ſupra protulimus, confirmat & optimorum codicum impreſſorum & omnium interpretum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

pretum in his multò maxima diſcrepantia. *Ex* quo principio excutiemus jam duo loca, quorum prior ap. Lucam c. 1. v. 54. & 55. reperitur & ita habet:

Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους (Καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ) εἰς τὸν αἰῶνα.

Suſcepit Iſraël puerum ſuum, ut memor eſſet miſericordiæ (Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abrahamo & ſemini eius) in ſeculum.

§. VII. Loci hujus difficultas præcipua verſatur circa verba parentheſi incluſa, grammatica quidem, ſed quæ majoris cauſa eſſe poterit, nî ritè ſolvatur. *S*cilicet tam vocabulorum ſitus quã eorum in parentheſin incluſio præ ſe ferunt omninò, verba illa: *ad patres noſtros Abraham &c.* per appoſitionem ita immediatè eſſe conjuncta, quaſi præcedentia poſterioribus illuſtrare Lucas voluerit, quinam ſcil. per *patres* intelligantur, nimirum *Abraham &c.* quemadmodum h. l. exponunt Eraſmus, Molinæus, Gloſſa Bibl. Dord. &c.

§. IIX. Quæ cum ita ſe habeant; non immeritò objiciat quis, appoſitionem fieri per duorum ſubſtantivorum in eodem caſu poſitorum conjunctionem, hîc autem planè inſolitum quid accidere, dum accuſativo πρὸς τοὺς πατέρας immediatè dativi τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι ſubjungantur; diverſorum autem caſuum appoſitionem hactenus quidem nequè in ſacris, neque in profanis ſcriptoribus Græcis obſervatam eſſe, adeoq; hunc locum à ſolœciſmo immunem non videri ſive autoris culpâ ſive deſcriptorum incuriâ.

§. IX. Haud parum ſanè circa reſponſionem ſudatum eſt: Cùm Lucam incogitantiæ accuſare, &, quaſi ἁμάρτημα μνημονικὸν commiſerit, ſtatuere, ſeu quemadmodum Hieronymus (uti probat Heinſius in proleg. Exercit. ſacr. à pag. 20. ad p. 24.) non ſolùm ſolœcos, ſed & linguæ imperitiam Apoſtolo tribuit, ita & Lucæ ſimilia adſcribere, cum injuriâ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

Spiritus S. conjunctum videatur, adeoq; potius Evangeliſtas & Apoſtolos in hiſce tradendis à Sp. S. gubernatos, nullum in ſcribendo errorem commiſiſſe, firmiſſimè cum Auguſtino (epiſt. 19) credere par ſit. Deſcriptorum autem partes antiquisſimorum codicum & verſionum quarundam antiquiorum invariata defendit concordia; qui, cum nomina eodem modo poſita retineant omnes (Nam quod Ms. Montf. nov. habet: τὸν Ἀβραάμ καὶ τὸ σπέρμα, tanti non eſt, ut longè antiquiorum regula eſſe posſit, ut potius illud h. l. medicam deſcriptoris, non tam felicis, quam perſpicacis manum ſenſiſſe, probabile omninò videatur) à gravi incuriæ & corruptionis culpâ illos abſolvunt. Vltimum tandem in hiſce anguſtiis nonnullorum refugium fuit, quo ſyntaxeos irregularitas ſalvari poſſe videbatur, ſi dicerent, Evangeliſtam variâſſe conſtructionem. Miſeret ſanè nos boni illius Judoci Clichtovei in conciliandâ ſtructurâ hac tanto ſe torquentis opere; ſcribit is in Elucidatorio Eccleſiaſtico l. 2. p. 89. *Nomen Abraam in hoc verſu intelligi poteſt eſſe accuſativi caſus, & cum præpoſitione*, ad, *ordinari, ſicut & Accuſativus proximè præcedens. Poteſt item accipi, ut Dativi ſit caſus. & nectatur interſtite copulâ cum ſequente dativo.* ſemini *ad verbum* locutus eſt, *quod & accuſativum habere poteſt cum præpoſitione, & etiam dativum. Hic autem utrumq; eorum rectè habet etiam copulativa conjunctione coalitum.*

§. X. Verum enim verò cum qui hoc modo nodum ſolvi putant, rem nequè probent vel exemplis declarent, neq; nobis hactenus quidem tale quid videre contigerit; ignoſcent, ſi illi nudo aſſerto acquieſcere nō poſſumus. Velle enim Lucam ſine exemplo & præter morem Græci idiomatis variâſſe conſtructionem, quid hoc eſt aliud dixiſſe, quam Lucam ſcripſiſſe incongruè, qui tamen à pleriſque in linguâ Græcâ reputatur verſatior & doctior, quam ut reus tam notabilis ſolœciſmi peragi posſit. Neque hæc talis locutio, quomodo argutari aliquis posſit, Ebraiſmum ſapit, id quod uſus quemlibet idiomatis iſtius ſancti haud ignarum abundè docebit: ſi vel maximè ſtatuatur, textum Græcum Evangelii Lucæ purum non eſſe,

quæ

quæ ſententia eſt Cl. Vorſtii, præf. part. 2. Ebraiſm. N. T. aſſerentis plus Lucam Ebraiſmorum adhibuiſſe quàm cæterorum N. T. ſcriptorum ullum; imo in uno hoc capite I. vel quinquaginta, & in uno eiusdem verſiculo quatuor aut plures accuratè inſpicienti poſſe emergere.

§. XI. Hiſce benè conſideratis, nemo non fatebitur, locum hunc haud parum eſſe intricatum, quem tamen ex noſtra hypotheſi ſolutu facillimum ſperamus, quâ ſtatuimus, diſtinctiones N.T. non eosdem cum literis ipſis autores agnoſcere; illum verò, qui primus illas textui appoſuerit, humani aliquid etiam hoc loco eſſe paſſum, dum juſto longius parentheſin extendit: tunc enim & Lucæ autoritas ſalva eſt, & revera verborum conſtructiò adeò plana & ſincera, quam fieri poteſt, ſi nempè hoc modo ea diſtinguantur:

Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους (καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν) τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα.

Suſcepit Israël puerum ſuum, ut memor eſſet miſericordiæ (ſicut locutus eſt ad patres noſtros) Abrahamo & ſemini eius in ævum.

§. XII. Cohærent nimirum jam hæc inter ſe: μνησθῆναι ἐλέους τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, & verbum μνησθῆναι conſtruitur cum genitivo rei & dativo perſonæ. At dura hæc, inquis, conſtructio eſt, pariterque ut altera illa improbabilis; Imò verò expedita, trita, terſa. Habes exemplum ſimillimum in utroq; idiomate, Pſalm. CXIX. v. 49. זכר דבר לעבדך Vbi Septuaginta: μνήσθητι τῶν λόγων σου τῷ δούλῳ σου.

§. XIII. Sed hoc nihil fermè eſt præ eo, quod legitur Pſalm. XCVIII, 3. זכר חסדו ואמונתו לבית ישראל quod LXX vertunt: ἐμνήσθη τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τῷ Ἰακὼβ καὶ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ. Vbi præter conſtructionem, quam probare intendimus, obſerva (1) Davidem verbum reminiſcendi זכר enunciare quidem in præterito, ſed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

more prophetarum de re certò venturâ ; quaſi dicat : *Certo certius erit memor miſericordiæ &c.* quando nempe exhibebit toties promiſſum Meſſiam. Atq; ſic acceperunt verbum hoc vetuſtisſimi Ebræorum. R. Sal. Jarchi, qui κατ᾽ ἐξοχὴν פרשן דתנא *Interpres Scripturæ* dicitur, in h. l. כל שירו לזי׳ אלה לעתיד *totus Pſalm. XCVIII. loquitur de re futurâ* fol. 751. col. 2. *R.* Iſaſchar Levi in לקח טוב fol. 48. col. 3. in fin. מזמור כל זה נאמר על לעתיד לבא *Totus hic Pſalmus continet ſermonem de futuro tempore.* (2) Ex mente antiquisſimorum Ebræorum (quibus plerique Chriſtiani adſtipulantur) eundem *Pſalmum* agere de Meſſiâ vel Chriſto. R. Aben Edſra, quem priſci ſingulari חכם ſive *Sapientis* epitheto ornant, comm. in hunc Pſalm. אולי זה המזמור על ביאת הגואל *Pſalmus hic fortè intelligendus de adventu Meſſiæ ſive Redemptoris.* fol. 751. col. 2. (3) Quod Maria voci חסדו ſeu ἐλέους addit nomen Ἀβραάμ, id pariter hîc priſcam ſynagogam ſubintellexiſſe: quod clarisſimè patet ex h. v. Jalkut ad h. l. זכר חסדו ואמונתו לבית ישראל זכר חסדו זה אברה׳ שנאמ׳ וחסד לאברה׳ *Verſus iſte vult, Deum recordatum fuiſſe miſericordiæ promiſſæ Abrahamo; promiſſum autem illud repetitur Mich. VII. v. 20.* fol. 120. col. 4.

§. XIV. Hiſce ita benè examinatis penſiusq; collatis, luce meridianâ clarius apparet, virginem Deiparam illuſtrisſimi tribus ſuæ Regis DEoq; chari viri tantum non ſingula in hoc cantici commate repetere, ac divino Numini reiterare verba, qs. d. Jam jam impletum eſt, quod David, ê cujus edita ſum ſtirpe, futurum prædixit, fore nempe, ut recordetur DEUS promisſi ſui de exhibendo Meſſiâ ; atqui jam recordatus eſt, hoc illud felix temporis punctum, hoc, in quod majores mei ora convertebant, aureum ſeculum &c.

§. *XV.* Commodè verò autor Jalkut cum *Davidico* effato, unde verba Mariæ ſunt decerpta, confert ut parallelum, finalem illum verſiculum vaticinii Michæ, quem non poſſumus, quin adſcribamus: תתן אמרת ליעקב חסד לאברהם אשר נשבעת לאבתינו מימי קדם is à *LXX.* h. m

ver-

vertitur: Δώσει (fortè eſt σφάλμα γραφικὸν, pro δώσεις, quod non ſolum cum Ebræo; ſed etiam voce ὤμοσας, quæ ſequitur in eâdem, ut ſenſus poſtulat, perſonâ, conſentit) εἰς ἀλήθειαν τῷ Ιακώβ, ἔλεον τῷ Ἀβραάμ καθότι ὤμοσας τοῖς πατράσιν ἡμῶν κατὰ τὰς ἡμέρας τὰς ἔμπροσθεν id eſt. *Dabis veritatem Jacob, miſericordiam Abraham, quæ juraſti patribus noſtris à diebus antiquis.*

§. XVI. Porrò ſententiæ noſtræ accedunt verſiones vetuſtiſſimæ, quæ pariter uti nos diſtinxiſſe & legiſſe videntur. Gothica: *Hleibida Israela thiumagu ſeinamma, gamunands airmahairteins. Swaſwe rodida du attam unſaraim: Abrahama gah fraiw is und aiw.* cuius in vertendo & diſtinguendo veſtigiis quaſi inſiſtit Anglo-Saxo: *He afeng Iſrahel his cnicht; and gemunde his mildheortneſſe. Svva he ſpræc to uſum fæderum, Abrahame and his ſæde on avveoruld.* In primis verò Vulgata Latina prout ea ex plusculis optimis membranis à Doctoribus Lovanienſibus emendata & à Ioh. Hentenio Mechlinienſi fuit edita Platinianis typis: *Suſcepit Israël puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ, ſicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſemini eius in ſecula.*

§. XVII. Sufficere hæc poſſent, niſi illis adhuc occurrendum eſſet, qui autoritatibus potius, quam rationibus pugnare cupiunt. Vt igitur eorum voluntati morem geramus, et ſimul appareat, noſtram ſententiam neq; hâc in parte adſtipulatoribus deſtitui, primò quidem prodeat B. Lutherus noſter, qui parentheſin ſæpius (uti id vel ex Act. Ap. 10. exemplis demonſtrare inproclivi eſt) & hoc quoquè loco inſuper habuit. Sic alii vetuſtiſſimi interpretes parentheſeωs vel ſublatione vel variatione hîc illîc eandem ſibi ſumsêre libertatem, nunquam illud auſi, ſi diſtinctiones literis coævas, & ab autoribus ſacris profectas eſſe, neq; potius alterius cujuſdam poſterioris ævi additamentum fuiſſent arbitrati. Sed & ipſiſſimam h. l. explicationem, quam dedimus, probavit dudum T. *Beza* ad h. l. *Ego vero*, inquit, *quamvis nihil immutaverim, tamen puto, hæc poſſe etiam legi absq; parentheſi, neq; enim video,*

ſtur non potius Lucas hæc annexuiſſet ipſi verſiculo ſuperiori; ***For-*** *taſſis igitur hæc eſt ſententia: Dominum miſertum eſſe Iſraëlis extremo hoc tempore, ut oſtenderet, ſe memorem eſſe miſericordiæ, quemadmodum pollicitus eſt majoribus, ſeſe videl. miſericordiâ uſurum, tum erga Abraham, tum erga ipſius poſteros, idque non ad certum usquè gradum poſteritatis, ſed in infinitum usq;.* Vidit hoc etiam *Emanuel* Sa. qui in Laconicis quidem, ſed ſic ſatis accuratis notationibus: *Abraham*, ait, *dativus eſt qui regitur à miſericordia ſ. promiſſa* Et Flacius ad h. l. *Excludantur*, ait, *ſola verba illa per parentheſin,* Sicut locutus eſt ad patres noſtros *ut ibi omnium prophetarum & promiſſionum de Meſſia mentio fiat, & dativus* Abrahamo *conjungatur cum* recordari miſericordiam, *ut ſenſus ſit: Vt miſereretur Abrahami & eius poſterorum omnium ſicut ſæpius promiſerat.* Itemq; Ioachimus Camerarius Græcè doctiſſimus Vir, ſcribens in h. l. τῷ Ἀβραάμ καὶ τῷ) ἐλλειπτικὰ *ſunt iſta. De promiſſis enim hæc dicuntur Abrahamo & poſteritati ipſius à Deo. Ad memoriam præſtandam miſericordiæ Abrahamo & poſteritati ipſius.* part. 1. p. 151. in fin.

LOCVS III.

Act. XIII, 48.

Καὶ ἐπίστευσαν, ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Et crediderunt, quotquot erant ordinati ad vitã æternam.

§. I.

INter controverſias, quæ nobis cum Reformatis intercedunt, graviſſimas, non ultimo loco habenda eſt illa de prædeſtinatione; in quâ ſuam ſententiam, quâ ſtatuunt, tantum abeſſe, ut prævisa fides ſit electionis cauſa, ut etiam ordinationi æternæ illa ſubjiciatur, cum nemini medium illud Deus largiatur niſi jam prædeſtinato ſeu ordinato ad vitam æternam, ſtabilitum eunt in præſenti inter alia loco.

Si

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

Si enim, inquiunt, crediderunt, quotquot erant ordinati ad vitam æternam, quid hoc eſt aliud, quam illos, qui non ordinati erant ad vitam æternam non crediddiſſe, ſeu à Deo fidem, ceu eius conſequendæ medium non accepiſſe, eò quod ad illam non eſſent præordinati, quæ nonnullorum Reformat. hujus loci expoſitio eſt. Evolvantur Beza & I. Malcolmius ad h. l.

§. II. Verum enim verò huic objectioni accuratè noſtrates in ſuis pasſim ſcriptis occurrerunt. Videantur Viri omni laude majores G. Calixtus ad h. l. Excellent. D. Titius diſp. de Prædeſt. §. 7. Franzius orat. 1. Gerhardus T. 2. L. L. Waltherus in Harmoniâ, Quiſtorpius, Varenius, & alii, qui & ſolidè commonſtrârunt, quot difficultatibus adverſæ partis interpretatio implicetur; quæ omnia commodius videri ap. illos, quam huc tranſcribi poſſunt. Nos ſaltim faciemus periculũ, num per hypotheſin anteced. loco conſtitutã declarando textui posſimus & nos cum aliis conferre ſymbolam. Æthiops ſanè, dum vertit: *Et cum audiviſſent gentes hoc, gaviſæ ſunt, & glorificârunt Deum, qui impertiviſſet iis vitam æternam*; vel alio codice uſus, vel hunc locum ita intelligendum & cum aliis conciliandum judicavit. Nos codicum noſtrorum veſtigiis inſiſtendo, idem fieri poſſe ſperamus, ſi dictum illud, uti commodè poteſt, hunc in modum diſtinguatur: καὶ ἐπίστευσαν, ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι, εἰς ζωὴν αἰώνιον, & vertatur: *Et crediderunt, quotquot erant congregati* ſeu *convenerant, in vitam æternam.* Ut ſenſus ſententiæ per vocabulorum metatheſin (quâ in *S. S*criptura quid fermè frequentius?) emergat talis: Et quotquot convenerant, crediderunt vitam æternam.

§. III. Hanc expoſitionem melius cum antecedentibus quadrare putamus. Judæi enim cum v. 46 ſeipſos æternâ indignos vitâ judicâſſe legantur repellendo verbũ Dei, gentes hoc loco prædicantur, quod illæ audientes verbum Domini, debitâ illud reverentiâ ſuſceperint, & quotquot erant congregati ſeu convenerant, in vitam æternam crediderint. Neq; eſt, quod quis omnes tum temporis congregatos crediđiſſe miretur, ſi

con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

conſideret tum vim & ἐνέργειαν verbi divini, tum πειθανάγκην Apoſtolis immediatè à Deo conceſſam, quâ Petrus divinâ inſtructus eloquentiâ, unicâ Oratione 3000. Chriſto lucratus fuit. Act. 4. v. 4. & tot paſſim eccleſias in Aſiâ collegerunt cæteri.

§. IV. *Phraſin* autem quod concernit, πιστεύω εἰς ζωὴν αἰώνιον in dubium ea jure vocari non poteſt: Tantum enim abeſt, ut ſit inuſitata, ut in ipſis etiam fidei articulis hoc ſenſu occurrat. Quanquam neq; hoc inſolitum eſſet, ſi quis εἰς per communem regulam redundare & h. l. diceret, licet haud tamen ſit neceſſe.

§. V. Quoad porrò participii τεταγμένοι interpretationem h. l. commodiſſimam, novam illam eſſe, aut ſine autoritate, arbitrandum nō eſt. Vox enim יעד quæ apud Ebræos *convenire* ſeu *congregari in dicto & ſtatuto loco vel tempore* ſignificat & à LXX. frequenter per συνάγω (vid. Num. X, 3. 2. Paral. V, 5. Neh. VI, 2, 10. Pſalm. XLVII. 10.) item συναθροίζω Num. XVI, 11. vertitur, nonnunquam ab iisdem etiam per τάττομαι exprimitur, ut Exod. XXIX, 43. Ebr. ונעדתי שמה לבני ישראל LXX reddunt Καὶ τάξομαι ἐκεῖ τοῖς υἱοῖς Ισραήλ. *Et conveniam ibi filiis Iſraël.* Equidem ſi rem rectè perpendimus, interpretationi noſtræ genuinus verbi τάττω ſenſus in ſe habet aliquid cognatum, τάττω enim propriè eſt εἰς τάξιν καθιστῶ, *in ordinem colloco*, & propterea ſæpius tam in ſacris (videl. 2. Maccab. VIII, 22. & XV, 20. &c.) quam apud profanos, uti Scapula docet in ſuo Lexico, de acie ſeu collocatione militum dicitur, ut adeò non abhorreat à vero, ſi reddatur: *Et quotquot erant in ordine collocati* (ad audiendum np. ſermonem Domini) *crediderunt in vitam æternam.*

§. VI. Objiciunt quidem nonnulli, LXX in ſuâ verſione erràſſe, & *præcipiam* intendiſſe, quomodo etiam vertit ipſorum interpres Latinus; Sed gratis hæc dicuntur. Quod

ſi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

ſi tamen vel maximè ponamus, neq; tunc ſententiæ noſtræ quicquam decedet, dummodo vertatur; *Et quotquot erant inſtructi* (ſcil. à Paulo i. e. qui illis, quæ Paulus præceperat, patientem commodaverant aurem) *crediderunt in vitam æternam.* Vti etiam nobiscum non pugnat, ſi quis *εἰς* h. l. cum *Eraſmo* per *ad* exponendum putet, np. *crediderunt ad vitam æternam* & ſenſus ſit, quod ita crediderint, ut ſi in illa fide & gratiâ Dei perſeverarent (v. 43) omninò aliquando hæredes æternæ vitæ eſſent futuri.

§. VII. Si quis tamen contentioſiùs nobiscum agere & metatheſin iſtam negare velit adverſarius (quî autem poſſit, non videmus) ne tunc quidem nos admodum indignabimur, ſi vertat: *Et crediderunt, quotquot erant congregati propter* (ita *εἰς* uſurpatur 1. Tim. IV, 10. 1. Pet. IV, 7. Matth. VI, v. 34.) *vitam æternam*; ſenſus enim eſt, quod illis, qui ſeriò rem egerant, de ſalute animarum, de vitâ æternâ ſolliciti, & media ab Apoſtolis eò ducentia percipere convenerant (uti de Lydia Act. XVI, 1. 14. legitur) illis, inquam, DEVS cor aperuerit; cœteris verò, qui, uti Athenienſes Act. XVIII, 22. fortè ad aliquid novi audiendum congregati erant, ſuam gratiam ex juſto judicio ſubtraxerit.

§. IIX. Denique & ita verti poteſt: *Et credebant, quotquot erant inſtructi* (ſecundum vim vocis præcipio) *de vita æterna. εἰς* enim uti *de* ſignificat, uſurpatur Epheſ. V, 32. 1. Corint. XII. 6.

§. IX. Quamnam harum amplecti quis velit, perinde erit; certè nulla fidei analogiæ eſt contraria; quin potius duram aliàs loci expoſitionem emollire videntur omnes. Adverſarii verò pro ſuâ ſententiâ probanda aliam excutiant quercum. Cum enim varias admittat expoſitiones, uti vel ex noſtris hiſce patet (nam aliorum brevitatis cauſa omiſimus) non poſſe adduci in firmum teſtimonium probando controverſo alicui dogmati, facilè apparet; quippè cum ſola aperta & manifeſta in id deligenda ſint; prout optimè in ſimili materia cum S. Auguſtin. monet Germaniæ noſtræ Decus incomparabile Magnificus Dn. Conringius in ſæpius tentatâ, ſed hactenus inconcuſsâ concuſſione cap. 3. p. 50.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

ΕΠΙΜΕΤΡΑ.

I.

Gen. I. v. 1. Ex ſolo vocabulo אלהים pluralitas perſonarum divinarum, vel ex conſtructione ברא אלהים perſonarum divinarum unitas Eſſentiæ contra pertinacem Judæum aut Photinianum accuratè probari & demonſtrari nequit.

II.

Deut. 22. v. 5. An ſimpliciter ſit intelligendus? D.

III.

1. Sam. 6. v. 19. Q. Num ante vocem אלף debeat מ ſubintelligi, quemadmodum Gen. 18. v. 28. Exod. 26. v. 1. c. 36. v. 8. Joſ. 10. v. 13. 2. Sam. 23. v. 24. & 34. 2. Reg. 17. v. 24. & c. 11. v. v. 6. Eſ. 52. v. 2. ut ſenſus ſit: *Percuſſit ex illo populo LXX. homines; quinquaginta* (ſcil.) *ex mille hominibus.* & proportio, quam Deus in puniendis illis obſervaverit, ex CIↃ cccc tantum LXX percutiendo, indicetur? V.

IV.

Pſalm. 118. v. 27. B. Lutheri noſtri verſio illuſtrari poſſe videtur ex verbis Succa c. 4. hal. 5. מקום היה למטה מירושלם ונקרא מוצא יורדין לשם ומלקטין לשם מורביות של ערבה ובאין וזוקפין אותן בצדי המזבח וראשיהן כפופין על גבי המזבח *Erat infra urbem Hieroſolymam locus quidam* מוצא Motza; *huc deſcenderunt* (in feſto Scenopegiæ) *& decerpſerunt inde ramos ſalicum prælongos, atq; abeuntes eos locârunt juxta latera altaris, incurvatos ita, ut capita eorum in verticem altaris declinarentur* fol. 45. col. 1. Vbi Maimon. in Succa c. 6. & alii vetuſtiores plures teſtantur, unoquoq; die feſti hujus tabernaculorũ ſolitos fuiſſe Iſraëlitas altare ſemel circumire, cum faſciculis in manibus, hoc concinentes: Salva, obſecro, Domine; proſpera, obſecro, Domine (ex Pſ. h. qui magni Hallel, quod in feſto illo canebatur, ultimã partem conſtituebat) at verò die feſti ſeptimo ſepties altare circumiverunt. De ratione faſciculorum eorumquè quaſſatione vid. plurimi Rabbini. Quid ſi ad illum morem reſpexerit & ad feſtum ritè celebrandum h. l. populum adhortari voluerit David?

V.

Pſalm.133.v.3. *Annon* ante vocem שירד *qui deſcendit* ſit ellipſis vocum כטל *ſicut ros* ex antecedenti commate repetendarum? V.

VI.

Eſ. 49. v. 23. שרותיהם non ſunt Ihre Fürſten ſed Ihre Fürſtinnen.

VII

Daniel. 1. v. 21. collatio cum cap. 10. v. 1 non permittit, ut ויהי דניאל vertatur: Und Daniel lebt; quin potius. Und Daniel war da.

VIII.

Amos. 7. v. 5 מי יקום יעקב an convenientius reddatur: Wer wird dem Jacob überbleiben? V.

IX.

Luc. 11. v. 53. ἀποστοματίζω eſt *ad loquendum allicio* non vero *os obthuro.*

X.

Joh. 7. v. 22. Verba initialia, διὰ τοῦτο optimè ab hoc verſu ſeparari queunt & ad præcedentem verſum referri h. m. ἓν ἔργον ἐποίησα, καὶ πάντες θαυμάζετε διὰ τοῦτο. cum ſenſus ita ſine nævo ſit perfectus, qui aliàs obſcuritatis argui poſſet. Certè qui θαυμάζω cum hâc præpoſitione occurrere negant, errant; θαυμάζω enim cum præpoſitione διὰ Marc. 6. v. 6 & alibi reperitur.

XI.

Joh. 12. v. 29. An populus h. l, putaverit, Salvatorem בת קל habuiſſe? D.

XII.

2. Petr. 1. v. 9. μυωπάζων non eſt *manu tentans*, ſed propriè oculos claudens, nempè qui ideò cœcus eſt, quia ſpontè claudit oculos, ut ne videat.

XIII.

Vulgata Latina (imò & cœteræ verſiones omnes) utut ex optimis ac vetuſtiſſimis codicibus emendatæ, fontibus tamen ipſis non ſunt æquiparandæ, tantum abeſt, ut ſint præferendæ.

XIV.

Idem judicium de commentariis eruditorum in S. Biblia eſto.

In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

XV

In ſacris velitationibus cum adverſariis non certi eſſe poſſumus, ſi ipſi notitiâ ſanctarum linguarum deſtituamur, cujus inter tot celebriores ac doctiſſimos, ſed ſæpiſſimè inter ſe diſcrepantes interpretes translationi fidamus. Aut ſaltim, ſi nos de veritate alicujus verſionis benè præſumamus, poterit ea autoritate aliûs aut ex ipſis fontibus ab antagoniſtâ reddi anceps, & vel in ſpeciem infirmari.

XVI.

Scholaſtici Doctores, quum realium diſciplinarum apprimè eſſent periti, quod bonas literas & linguas ignorarent, ſæpè miſerè, nonnunquam inſulsè hallucinati ſunt. Ita rectè judicat B. Calixtus in Appar. Theol. p. 47. Et Sixtus Senenſis de Thomâ Aquinate fatetur, ei ad abſolutam divinæ eruditionis gloriam linguarum uſum defuiſſe. lib. IV. Bibl. *S.* p. 384. col. 2. Quare non videmus, quomodo Philoſophia illa ad controverſias ſacras (quanquam eò omnino ſit neceſſaria) dirimendas ſola ſine linguis poſſit ſufficere.

XVII

Scripturæ verſiones atq; eruditorum in eam commentaria immenſum ac pænè incredibilem habent uſum.

TANTUM.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-419 4° 1793